



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Documenta quædam ad faciliorem præcedentis methodi exercitationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

bus desiderijs illo perfruendi, os, vt paulò ante diximus, aperiet, hali- tumque emittet ac retrahet, quasi eum quem nulla omninò creatura res creata capere aut circumscribe- re potest, suscepturus esset, sicque paulisper subsistendo, & fortiter a- spirando, mirabilem diuinæ vnio- nis effectum in se sentiet.

*Documenta quadam ad faciliorem
precedentis methodi exer-
citationem.*

Primò aduertendum est: Cùm a- nima bene per deuotionē disposita & collecta est, ardenti que erga De- um desiderio flagrat, facile sequi optatum effectum, ac proinde suf- ficere vt leniter & cum quadā men- tis suauitate suspiret.

Secundò aduertendum: Quando in magna distractione atque ariditate constituta est, tum necessarium es- se, vt aspirationibus vtatur violen- tis, vt sic natura bestialis, ad hęc ter-
rena

322 **HORTVS ORAT.**

rena atque inferiora depressa, in Deum eleuari possit.

Tertio notandum: Caueri ac prospici oportere, ne hic modus aspirandi nature incommodet, eò quod interdum vsque adeò insurgat & commoueatur, vt corpus totum debilitet, pectus aponjat, caput aggruet, cor constringat, multosque alios effectus operetur, quibus facile, nisi maxima adsit discretio, natura destrui & labefactari possit.

Quarto aduertendam: vt si quis se debilitari, aut nimium constringi sentiat, lenibus aspirationibus utatur, atque his non iuuantibus, omninò exercitium hoc relinquat, atque ad alia se couertat, ne naturam destruat.

Laus & gloria sit sanctissimæ & indiuiduæ Trinitati, Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Atque corpori & sanguini Domini nostri IESV Christi.
R. Amen.

MEDI-